Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift

plum ut orarent. unus pharisaeus et alter publicanus. Et reliq.

Cum Dominus et salvator noster de eadem lecti eidem.

de humilitate et piscuerantia bonorum actuum vel
alia de oratione discipulos suos ammoneret. para
bolam suam ita conclusit dicens. quia oportet semper orare et non
deficere. Hanc parabolam dominus docebat. et ita conclusit ut dice
ret. veruntamen filius hominis veniens. putas inveniet fidem
in terra. Primum hoc capitulum exponam. quatenus sequentia sa
culum discutiendo contingam. Quis omnipotens dominus semper electos
suos ad se clamantes sit vindicare paratus. indicium tamen iudi
cii. quod trementes e corde retinendum cum idem editor in forma
filii hominis apparuerit. tanta erit raritas electorum. ut non
tam obclamorem fidelium iniuste damnatorum. quam ob eorum torpo
rem iuste damnandorum totum iam mundi sit accelerandam
ruinam. Quod autem dominus quasi dubitative dicit. putas inveniet
fidem in terra. non dubitat. sed arguit. Verbo quippe dubitationem
increpat infidelitatem. non opinatur divinitatem. Nam et nos aliquan
do de re quam certam habemus increpative verbum dubitatio
nis ponimus. cum corde non dubitemus. velut si indignemur servo
tuo. et dicas. contempnis me. considera forsitan dominus tuus
sum. Et apostolus adquisita contemptores suos. puto autem inquit
quod et ego spiritum dei habeam. Qui dicit puto dubitare videtur.
sed ille dubitabat non increpabat. Ita quoque et dominus sentit quidem om
nia. perque omnia facta sit. et tamen dubitando increpat
infidelium corda. Ne quis forte desuper acuia fidei cog